

TRACTATVS DE
SERVITV-
TIBVS TAM VRBANO-
RVM, QVAM R V S T I C O R V M
prædiorum, Bartholomai Cepolla
Veronensis, I. C. Clarissimi.

ACCESSIT NVNC PRIMVM D. MAR-
tini Laudenfis I. C. Repetitio ad I. Seruitu-
tes 14. ff. de Seruitutibus.

Item D. Ioannis Superioris I.C. in singulas leges
quaesient sub titulo ff. de Seruitutibus, Com-
mentarij succenturiati.

Quibus ea quæ ad hanc materiam spectant, exactissime
& absolutissimè tractantur & explicantur.

Cum Summarijs & Indice locupletissimo.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monoce-
rote, M. D. LXXIX.
Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.

Coll. Soc. I. & A. Sal. ex dono Regum.

TYPOGRAPHVS CANDIDO

LECTORI S.



V V M animadaerterem,
candide Lector sapenum-
erò esflagitari à Legum can-
didatis, Tractatum Capo-
la de Seruitutibus, utilita-
te non minus quām vñi cō-
mendatissimū & perquām
necessarium, cumq; in pre-
sentiatum nulla exempla-
ria separatim prostant,
non potui pratermittere, quin eum multò quām ante ac-
curatius recognitum, varijs q; in locis emendatum, sub im-
cudem reuocarem. Memor enim mea promissæ fidei, alios
me plures Tractatus in iucem daturum esse, modò rem
gratiam me studiosis (vt confido) facturum intelligerem.
Quare vt nihil suscepio à me operi decesset, quod ad banc
ipsam materiam attineret, certò nibi persuasum habui,
me non iniquè salturum, si ad hunc Tractatum Capolla
adijcerem Repetitionem D. Martini Laudensis, in l. Ser-
uitutes. 14. ff. de Seruitutibus, & D. Ioannis Superioris
insingulas leges, quæ sunt sub titulo ff. de Seruitutibus,
Commentarium succinctum satis sed doctum. Quidquid
igitur in hoc candide Lector in tui gratiam factum est, bo-
ni consulito. Aliás adiuuante Deo Opt. Max. plu-
ra non inferioris commodi & utilitatis ea-
dem sedulitate daturus. Vale

24. Martij. 1579.

† z

INDEX

TRACTA^T TVS DE SERVITVTI- BVS VRBANORVM PRAEDIO- rum, Bartholomei Cepolla, I. V. Doctoris.



VI alicuius artis vel doctrinæ scientiam profitentur, duo in primis memoria debent querere. Primū rectè docere: quo vix quicquam adeò utile sibi & auditorib⁹ inueniri aut esse potest. Alterū est scribere, & quod vigilādo longo tempore didicerint, id elaboratum & perfectum in scriptis edere. Sed hoc

vltimum utilissimum semper esse existimai: præser-
tim quia pluribus atque saepius communicari potest.
Quod enim voce traditur, soli auditores, & una tantum
estate, & eo solum tempore, quo traditur, intelligere pos-
sunt: ac id etiam se penumero ex corum memoria delet
oblivio: scripta vero, quæ magis digesta esse solent, da-
nec reperiuntur, omnes omniq; tempore & habere & le-
gere possunt. Propterea ego Bartholomæus Cepolla de
Verona, qui iuris civilis & pontificij sciētiam profiteor,
licet immititus, non solum legere atque docere in utro-
que iure semper mihi cura fuit, sed etiam aliquid scribe-
re, & quod diu legendō consecutus sum, id auditoribus
meis pro communī utilitate literis tradere, laborandum
esse putaui. Nec unquam libellum, de quo iam ab alio
scriptum reperiatur, scribere volui, licet nonnulli quibus-
dam additis & detractis id facere consuerunt: sed ea
tātum de re pro fructu maiori, de qua nemo unquam tra-

A statum

REPETITIO MARTI-

NI LAUDENSIS IN L. SER-

uitutes. ff. de Seruitut.

S U M M A R I A.

- 1 Prædium rusticum quia ratione distinguatur ab urbano.
- 2 Seruiturum quadam causam continuam habent, quedam quasi continuam, quedam vero discontinuam.
- 3 Vsusfructus an prescribatur longo tempore.
- 4 Prescriptionem longi temporis locum habere in his pro quibus competit publiciana.
- 5 Prescriptio prædio an censeatur prescripta seruitus ei cohærens.
- 6 Prescripto castro an prescripta sit iurisdictionis ei cohærens.
- 7 Iurisdictionem potius comparari seruituti personali vsusfructus, quam seruituti reali.
- 8 Seruitus vñs & habitationis non prescribitur sine titulo quemadmodum nec vsusfructus.
- 9 Seruitutes negant ex quo tempore prescribi incipiunt: & quid in alijs seruitutibus.
- 10 Titulus allegatus an probetur aut presumatur ex patientia longi temporis. & num. 13.
- 11 Dimissionis titulus non presumitur ex diuina possessione rerum supra modum inegalium.
- 12 Seruitus discontinua non queritur ex longa patientia & possessione, sed necesse est allegare titulum.

IOANNIS SVPERIORIS

IN SINGVLAS LEGES QVAE
sunt sub titulo de seruitutibus, com-
mentarij succenturiati.

MATTHAEO P A C O. ET CLAVDIO
Regino, illustrissimi, augustissimiq; principis Vindoci-
norum Duci antecessoribus primarys,
Ioannes Superior S.



EDICATIONIS huius mea
causas si scriberem, id ita facere
magis videtur quia mos est ita
scribendi, quam quod ita necesse
sit. vobis enim dico quibus non di-
care non licet, & si liceat, non de-
beam tamen. Nam cum in bac

prouincia ut & alijs multis, vestris auspicijs gerantur
omnia, & bene gerantur: merito vobis debemus om-
nes testimonium obseruantiae in vos nostra. Quan-
quam eam, non perinde ut re ipsa est, cuiusquam scri-
ptis perspicere potestis. Hoc meum licet obscurissimi est
hominis, ex eo tamen spem facit non ingratum futurum,
quod tametsi non succedit, conor tamen in re magna ex-
hibere. Nihil est enim aut maius, aut sanctius, quam leges:
si modo nobis Deus optimus maximus ratione nihil maius
dedit. sunt enim illæ à naturali lege profectæ, & progresse
longius ab ipsis quorum ex prima intelligentia genera nota
sunt, rationem perficiunt. Earum studio cum me ab hinc
decennium dedidisset penè puer, multis post annis cum
aliud per etatem non possem, tantum admiratus sum ea-
rum

JUSTICIAM

DISCITE

MONITI

